

115

deflectitur Oratio. Tam dignum enim augustissimum <sup>hoc</sup> nomen IESU  
ut in id jurare jubeamus. Nolo heic oblivionis pepla involvere illam  
Romanorum more, ex quo, referente Plutarcho et Dione, receptum  
erat, et milites in Imperatoris nomen jurarent. Quod si  
ergo in Imperatoris terreni nomen jurare illi non dubitabant,  
nos tanto magis in Christi unici nostri Ducis ac Imperatoris ~~ter~~  
<sup>caelestis</sup> nomen jurare dubitabimus. Nominis IESU Salubritas me-  
ditanda restat. Quid? nonne nomen hoc Compendium est totius  
Evangelij? Nonne nostrum est salutis anchora? Nonne spei ful-  
crum? nonne in rebus desperatis asylum et refugium? continet  
utique Christi meritum ejusque efficaciam, unde et nihil eo efficacius re-  
perire licet. Continet eternam salutem, unde et unum est,  
quod ad beatorum sedem aditum nobis parat. Fidem tandem  
continet in Christum, vel plane juxta illud: si non credideritis  
quod ego sim vita, moriemini in peccatis vestris. Sicut heic  
mibi compellere IESUM meum cum magno illo Ecclesie lumi-  
ne et eloquentia sacra flumine, D. Bernardo: O IESU,  
tu es oris mei sanguis, aurium meum melos, cordis mei jubily, es  
Magneus, qui me ad te attraxit, es scopus meus, ad quem so-  
lum in studio meo tendo, es delictum meum, concubum meum, re-  
quum meum! Dum autem mihi id licet, filium equidem abrum,  
perem orationis mea, nisi bilem dudum movissent mihi pe-  
nitentissimi homines Calviniani, quare date mihi veniam V. D.  
ut in ipsos impresentiarum invebar, eisdemque abhinc <sup>his</sup> abesse ju-  
beam verbis: Facessite morosi Calviniseque, qui augustissi-  
mi nominis IESU majestatem extenuare laud veremini, dum ad  
suis mentionem vel poplites inflectere, vel pileos capitibus detra-  
here recusat, aliosque id facientes false ridetis, et tanquam  
superstitiosos proclamatis. Facessite, inquit, Calviniani, qui et Sa-  
lubritatem nominis IESU extenuatis, dum universale meritum  
omniumque hominum salutem in eo <sup>contineat</sup> includi constanter regatis.